cimo. Mense Octubris primo die eiusdem quintedecime Indictionis apud Barolum. Ego Iohannes f. qd. Andree lignoli Barolitanus civis infirmus coram Iohanne de Maurone Iudicis philippi puplico eiusdem terre notario et testibus subnotatis *etc.* rerum mearum ultimam dispositionem feci *etc.* Institui heredem in omnibus Bonis meis Mactioctum lignolum patruum meum Et Inter cetera predicte mee ultime voluntatis legavi Choro Ecclesie Sante Marie episcopii de Barolo domum unam neam existentem in pictagio Sante Marie . . . . iuxta domum Iohannis dicti Cimini. a media transenda iuxta domum nicolai de prothomagistro et iuxta viam puplicam tali pacto quod Anno quolibet teneatur facere Anniversarium pro anima predicti patris mei et anima mea ad omnes expensas eorum. Item institui executores et epicropos presentis testamenti mei predictum Mactioctum patruum meum et dopnum Iulianum presbiterum ecclesie Santi Bartholomei de Barolo patrem meum spiritualem. Quam presentem dispositionem meam Iure testamenti valere volo *etc.* Quod scripsi Ego predictus Iohannes puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus Interfui et meo signo consueto signavi (*Segno*).

† Iohannes de Maurone q. s. Iudex. (*Segue il segno, mancano le firme dei testi*).

Notitia testium:

Goffridus de argentera. Iunctus de riso. Iohannes Sire Rogerii. Umfredus sire nicoleti. dopnus Iulianus. notarius Nicolaus Raneus et leucius Musta.